



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 8. Variæ Urbes a Cæsareis recuperatæ, mutuæque clades.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

§. VIII.

Sæc. XVII.
A.C. 1635.

*Variæ urbes a Cæfareis recuperatae,
mutuæque clades.*

Eanimvero Saxoniæ Elector per Lega^m Khevenhill,
tos suos Oxenstirnium ad amplecten- *Annal. Ferd.*
dam pacem Pragensem hortabatur,
t. 12, p. 1747.
cum vero Sueci amplis Gallorum pro-
missis tumidi, conditiones ipso bello du-
riores præscriberent, non modo omnes
concordiæ tractatus in irritum cecidere,
sed insuper novos exercitus ad urgen-
dam pacis executionem contrahere ne-
cessere erat: Eapropter Cæsar Ferdinando
Filio suo Hungariæ Regi rursus nego-
tium dabat, ut copias suas, quas in-
terim conscriperat, in aciem contra
Suecos educeret: hic ergo, postquam
in Ecclesia Patrum Carmelitarum Di-
scalceatorum rei Divinæ, quam in Ara
prope sepulcrum Venerabilis Patris Do-
minici a Jesu Maria peragi voluit, in-
tererat, die vigesima tertia Maij Vien-
na discessit, ac in Bohemiam contem-
dit, ubi comperto, quod Saxoniæ E-
lector copias suas ex Silesia revocasset,
ipse quoque Colloredo Comiti, & Gra-
ne Tribuno præcepit, ut suas legiones
inde in Imperium ducerent, seque Gal-
lazzo Comiti jungerent. Interim vero
Cæfarei in Franconia arcem Herbipo-

C 2

len-

Sæc. XVII. lensem, Pappenheimensem, & Coburgensem ceterasque urbes, excepto unico Königshofio occuparunt, cæsis a Joanne Werthio Francorum Gallorumque quamplurimis. Ad Rheni vero & Mœni tractum e Franckentalia, Falckensteinia, Heripoli, Moguntia, Wormatia aliisque circum locis Ferdinandus Hungariæ Rex junctis sibi Bavariae copiis Suecos expulit, ac Superioris Palatinatus urbes ferme omnes armis suis subegit. In Alsatia quoque Carolus Lotharingiæ Dux non sine luculentia hostium strage varia cepit loca, die autem vigesima octava Maij a Gallis prope Belfortem obrutus, tam ingentem accepit cladem, ut ejus exercitus duodecim millibus constans ferro, fame, morbisque consumptus vix quatuor armatorum millia recenseret: nihilominus Dux Bavariae Cæfareisque suppettiis auctus, in Lotharingiam revertebatur, pluresque Austrasiæ urbes recuperabat: minus prospera Cæfareis ad Meisenheimium arrisit fortuna; quippe a Vinariensibus Gallisque cæsi, commisso ad Waldefringam prælio prorsus ancipiti, ab hoste in castris tam arte cincti fuere, ut Galli ex exercitus Gallo oppositus, inedia, frigore, aliisque incommodis paulatim consumeretur: In Wetteravia quidem deletis hostibus magis

magis secundo Marte pugnabant Cæ- Sæc. XVII.
 farei, in Hassia tamen apud Eschwe- A.C. 1635.
 gam cæsi, Hirschfeldam sese recipere
 cogebantur. Demum Saxoniæ Elector
 Suecis ex Saxenhusio & Havelberga
 ejetis, Kniphusium Suecum Bellidu-
 cem ingenti clade protrivit, & plera-
 que Magdeburgensis, & Halberstadien-
 sis ditionis præsidia occupavit, Bau-
 dius tamen Saxo, dum Domitium
 insigne propugnaculum pene ad dedi-
 tionem compulerat, exorto incendio
 retrocedere compulsus, a Bannerio Sueco
 post atrox prælium fusus fugatusque est,
 casis suorum mille, totidem captis,
 ceteris vero dispersis. Ita hoc anno
 belli fortuna Cæfareis æque ac Suecis
 nunc prospera nunc adversa, neutri ta-
 men constans, aut diurna, cuius-
 libet autem subditis funesta extitit.

§. IX.

Schaffgotsius & Gratzius capite plexi.

Interim in Fridlandicæ conjurationis *Khevenh.*
 reos, quos Cæsar a Pragensis am- *Annal. Ferd.*
 nestiæ beneficio speciatim excludendos *t.12. p.1774.*
 censuit, severa Viennæ habebatur in- *Adler. An-*
 quisitio, ac præprimis Joannes Udalri- *nal. Boic.*
 cus Comes Schaffgotsius, qui Fridlandi- *t. 20. part. 3.*
 jussu Silesiam subigere, populumque in

C 3

factio-